



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 75. Doctrina Facultatis Duacensis his principiis opposita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

§. LXXV.

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

*Doctrina Facultatis Duacensis his
principiis opposita.*

Quid vero hac in re Facultas doceat,
his exposuit verbis:

I. Gratia, quam hic Doctor cum Jan-
senio excitantem ac efficacem vocat, non
obtinere quidem effectum mediatum ad
quem movet, sed non privatur illo ef-
fectu cujus est capax, privatio supponit
capacitatem subjecti, aut causæ effi-
cientis, sed mera negatio præscindit a
capacitate. Igitur illi gratiæ nequa-
quam resistitur: cum effectum nullo pri-
vetur.

II. Illa gratia, inquit idem Professor,
dici solet sufficiens, sed non est ipsi suf-
ficiens, cum non minus sit efficax vo-
litionis infirmæ, quam gratia simpli-
citer efficax est efficax volitionis ro-
bustæ. Illa igitur gratia est effi-
cax respectu volitionis perfectæ ad
quam insufficientis est, non vero re-
spectu volitionis imperfectæ ad quam
sufficit. Vide Jans. supra n. 4. & 5.

III. Si ad resistantiam gratiæ satis
fit, illam destitui effectum mediato, ad
quem movet, sed ad quem insufficientis
est, ergo nec Calvinus nec Jansenius,
nec ulli alii hæretici in hac materia ar-
gui possunt negatæ in hoc statu resi-
stentiæ, cum certissime agnoverint,

&c

Sæc. XVIII & experti sint, homines identidem
 A.C. 1722 non ponere actus virtutum, ad quos
 per internam Dei gratiam excitabantur.
 Ecclesia igitur contra illos definiens in
 teriori gratiæ in statu naturæ lapsæ
 aliquando refisti, significavit adesse po-
 testatem proximam ad actum quo gra-
 tia interior destituitur. Præterea quæ
 ajunt, gratiam semper habere effectum
 immediatum, distingui debet. Si in-
 telligant, de effectu immediato in ge-
 nere causæ formalis, qui est intellectus
 & voluntatem moveri ad aliquem actum
 vitalem, verum est. Hic enim effec-
 tus non distinguitur ab ipsa operatione
 Dei recepta in creatura: Si vero intel-
 ligant de effectu immediato in genere
 causæ efficientis, nova distinctio ne-
 cessaria est, vel enim comparant opera-
 tionem Dei ad actum indeliberatum vel
 desiderium conversionis vel alium actum
 sive imperfectum sive etiam perfectum
 qui sit indeliberatus, & sub ista com-
 paratione verum est rursus assumptum.
 Si autem comparant gratiam ad actum
 deliberatum sive imperfectum sive per-
 fectum, falsum est. Homo enim gra-
 tia imbutus, potest abstinere, & rever-
 tatur aliquando abstinere ab omni effectu im-
 mediato, deliberato, sive perfecto sive
 imperfecto, ad quem gratia verum
 præbet sufficientiam, & ex ordine

hunc effectum tantum petenda est re- Sæc. XVIII.
sistentia proprie dicta. A. C. 1722.

IV. Si gratiæ tenui, seu minus intensæ resistatur propter omissionem effectus mediati, ad quem ex voluntate Dei antecedenter ordinatur, & ad quem insufficientis est: ergo etiam gratiæ forti, seu intensiori sæpe resistitur, propter defectum perseverantiæ, ad quam ex voluntate Dei antecedente tendit & destinatur.

V. Nec obstat quod D. D. Lengrand & Marechal asserant, interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ aliquando resisti: nam in eodem modo intelligunt, quo Jansenius supra n. 3. sicut igitur juxta Jansenium homo delectatione terrena superante cælestem, necessitatur ad malum, ac proinde cogitur gratiæ dissentire, seu in boni veleitatibus hærrere, ita & juxta Professores, delectatio terrena major cælesti necessitat ad malum, cogit hærrere in desiderio conversionis, vel in cogitatione boni aut alio actu imperfecto, & hoc Jansenii sensu, appellant resistantiam. Resistentia autem necessaria, sicut & dissensus Jansenii necessarius, non est resistantia a Trid. & summis Pontificibus definita.

VI. Verum opponet D. Marechal, se non semel dixisse, gratiam minus intensam esse sufficientem, illamque de-
termi-

Sæc. XVIII. terminare ad desiderium conversionis
 A. C. 1722. præcise, vel ejus cogitationem aut al-
 lium actum imperfectum.

Respondetur, gratiam minus intes-
 sam, seu delectatione terrena inferiori,
 isti Professori esse sufficientem
 ad effectum immediatum, quem asse-
 quitur, scilicet ad desiderium conver-
 sionis vel ejus cogitationem, non vero
 sufficientem ad actum, quem non obte-
 net. Hinc illa gratia ab eodem Pro-
 fessore dicitur *vittrix*. Itaque si illa
 gratia comparetur ad conversionem,
 vel alium actum completum, quem non
 obtinet, est ipsi tantum sufficiens Theo-
 logice & Thomistice seu *cum partiali*
alienante prout intelligitur a novis Theo-
 logis & Pseudo-Thomistis. Quis nisi
 Pelagianus aut Semipelagianus audeat
 dicere gratiam qua inspiratur cogitatio
 conversionis, esse sufficientem ad actum
 conversionis?

VII. Quod ait idem Professor, Tho-
 mistas convenire cum Molinistis in vo-
 cabulo *motionis sufficientis*, quia utrique
 admittunt gratiam sufficientem, sed ta-
 men diversam esse apud illos istius vo-
 cabuli *sufficientis* significationem: quod
 inquam, ait iste Professor, falsum est,
 calumniosum & a Jansenistis confectum
 ad abrumpendam unionem, quæ inter
 Scholas Catholicas vigere debet, ut
 favore

favore divisionis inductæ, res imperii Sæc. XVIII.
 Janseniani promoveant juxta effatum A. C. 1722.
 politicum, *divide & impera*. Itaque

conveniunt omnes Scholæ Catholicæ non solum in vocabulo *gratiæ sufficientis*, sed potissimum in ipsa re, in ipsa idea, & significatione *gratiæ sufficientis*. Gratia sufficiens omnibus Scholis illa est, quæ intus voluntatem afficiens pervicacia voluntatis humanæ, privatur effectu suo in iis circumstantiis, in quibus ad illum potestatem proximam completam & expeditam largitur, ad quem proinde vere & proprie sufficiens est. Sermo est de gratia proxime sufficienti. Nam si agatur de gratia remote sufficienti qua tali, qualis est gratia sufficiens ad orandum comparata ad poenitentiam v. g. aut actum amoris Dei, paulo aliter loquendum est, illam scilicet tribuere quidem potestatem proximam ad orationem, qua privatur, non vero ad poenitentiam, aut amorem Dei, ad quem remote & mediate duntaxat sufficit.

VIII. Nec prædictæ descriptioni officit opinio Scholæ Thomisticæ, juxta quam præter gratiam sufficientem ad agendum, requiritur præmotio physica per modum Applicationis ad actum, nam ista præmotio physica, juxta suos defensores non magis requiritur ad sufficientem

Sæc. XVIII. scientiam quam concursus in actu se-
 A. C. 1722. cundo ad eam necessarius sit juxta Mo-
 linistas. Quod autem Scholæ Catholicæ
 se mutuo laceſſant, aut potius ex-
 ceant variis argutiis, consequentiis &
 quæſtionibus opinativis, quæ aliquam
 connexionem, seu relationem habent
 cum dogmatibus, non impedit veram
 & sinceram unionem quoad dogmata.
 Ita Thomistæ, Scotistæ, Molinistæ con-
 veniunt circa Eucharistiam, liberum
 arbitrium, Myſteria Trinitatis & Incar-
 nationis, conveniunt inquam, non so-
 lum quoad vocabula, sed etiam potius
 mum quoad res ipsas, rerum ideas
 & vocabulorum ſignificationes, quæ
 vis inter ſe discrepent, quoad modos
 & variis conſequentiis ſeſe impetant.
 ſic admiſſa veritate Eucharistica ſtatim
 Thomiſta, ad hoc requiri reproductio-
 nem Corporis Chriſti, id negat Scotiſta
 aſſerens ſufficere adductionem, ſic ad-
 miſſo libero arbitrio, contendit Mo-
 liſta, ad id requiri ſenſum compoſitum
 negat Thomiſta, cui ſenſus diviſus ſuffi-
 cit. Simile quid occurret in omni-
 bus veritatibus Catholicis, ſi illæ
 gillatim luſtrentur. Ita pariter
 Catholici omnes bona fide conveniunt
 ut ſupra diximus, circa gratiam ſuffi-
 cientem quoad rem ipſam, rei ideam
 vocabuli ſignificationem, ſed Thomiſta

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

admissa hac veritate, docet potestatem proximam & completam ad agendum, seu gratiam vere sufficientem ad actum illius potentia, applicandum esse ad actum per physicam prædeterminationem: Molinista vero infert, gratiam non fore sufficientem, si præter eam requiratur motio applicans ad agendum. An quod inferet Molinista, tribuendum est Thomistæ id ipsum neganti? An Thomista & Molinista mutant liberi arbitrii fidem & ideam, quia circa illud variis disputationibus sese fatigant, ac prope obtundunt. Permisit Deus ista Scholarum diffidia propter bonos fines, sed salva unitate fidei, quam in Ecclesia tuebitur usque ad consummationem sæculi, desinant igitur Jansenistæ zizania superseminare, & Scholarum Catholicarum pacem & concordiam nequitia ac astutia sua seu calumniis & fraudibus perturbare. Ab Anuo 80. circiter comedias ac interdum tragedias in Ecclesia agunt illi Novatores, & quamvis larva ipsis identidem detrahatur, tricari & fideles circumvenire, non cessant, ut erroribus suis irretiant.

IX. Observandum quoque, Gratiam sufficientem Molinistarum ac Thomistarum esse quidem inefficacem ac excitantem, sed præterea habere hanc perfectionem peculiarem, quod sit
Hist. Eccles. Tom. LXXI. Aa vere

Sæc. XVIII. vere sufficiens, quod potestatem proximam & expeditam largiatur, quæ proinde non elidatur per delectationem terrenam superiorem, secundum quam necesse sit operari. At D. Lengrand admittit quidem aliquam perfectionem genericam gratiæ sufficientis cum imperfectionibus, sed non superaddit perfectionem specificam, seu formalitatem, qua constituitur in esse sufficientis & roborantis, seu dantis potentiam expeditam ad agendum, imo contentum illam qualemcunque gratiam tenuem parvam, & delectatione terrena inferiori sic comprimi, ut necesse sit secundum delectationem superiorem operari malum. Alienissimi sunt Thomistæ & Molinistæ ab hac novellæ gratiæ idea & quidditate. Igitur gratia inefficax admissa a D. Lengrand & Jansenio, est quidem inefficax respectu effectus, quem obtinere nequit; sed est efficax totius effectus, cujus est capax. Hinc Jansenius supra n. 5. apposite monet duplicem esse effectum adæquatum gratiæ Christi, scilicet volitionem infinitam, quæ gratiæ inefficaci respondet & volitionem fortem, quæ est effectus gratiæ simpliciter efficacis, propter hanc rationem Jansenius ejusque discipuli non aliam assignant gratiam sui naturæ lapsæ, quam efficacem & adju-

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

adjutorium quo, nullatenus distin-
guentes vim movendi gratiæ sive ma-
jor sive minor sit, sicut enim calor re-
missior non minus infallibiliter, ac ne-
cessario producit effectum sibi propor-
tionatum, quam calor intensior produ-
cat calorem intensiorem, ita & gratia
minor ac major.

X. Et ne quis se decipi sinat am-
biguis & mendacibus Jansenistarum a-
liorumque hæreticorum locutionibus,
habeat semper præ oculis hæc Spiritus
sancti Monita, 2. Cor. 11. Nam ejus-
modi Pseudo-Apostoli, sunt operarii
subdoli transfigurantes se in Apostolos
Christi, & non mirum: ipse enim sa-
tanus transfiguratur se in Angelum lucis.
Non est ergo magnum, si ministri ejus
transfigurentur velut Ministri Justitiæ,
quorum finis erit secundum opera ipso-
rum: Ad Ephes. 4. ut jam non simus
parvuli fluctuantes & circum feramur
omni vento Doctrinæ in nequitia ho-
minum in astutia ad circumventionem
erroris 1. Timoth. 4. spiritus autem ma-
nifeste dicit, quia in novissimis tempo-
ribus discedent quidam a fide, atten-
dentes spiritibus erroris & doctrinis
dæmoniorum, in hypocrisi loquentium
mendacium, & cauteriatam habentium
suam conscientiam, 2. Petri 2. In vobis
erunt Magistri mendaces, qui introdu-

Sæc. XVIII. cent sectas perditionis, & eum qui e-
A. C. 1722. mit eos, dominum negant, superin-
 ducentes sibi celerem perditionem, &
 multi sequentur eorum luxurias & c.
 ibid. Venient ex novissimis diebus in
 deceptione illusores, juxta proprias
 concupiscentias ambulantes. 1. Joan. 4.
 Nolite omni spiritui credere, sed pro-
 bate spiritus, si ex Deo sint, quoniam
 multi Pseudo Prophetæ exierunt in
 mundum, denique Judas Apostolus
 in Epist. cath. vos autem Charissimi
 memores estote verborum, quæ prædi-
 cata sunt ab Apostolis Domini Nostri
 Jesu Christi, qui dicebant vobis, quo-
 niam in novissimo tempore venient il-
 lutores, secundum desideria sua am-
 bulantes in impietatibus, hi sunt, qui se-
 gregant semetipsos, animales, spiri-
 tum non habentes.

Jansenistæ igitur sicut & reliqui
 hæretici, merito dicuntur operarii sub-
 doli, homines nequam & astuti, in hy-
 pocriti loquentes mendacia: Magistri
 mendaces, illusores; PseudoProphetæ,
 seductores, segregantes semetipsos sua
 superbia & pertinacia ab unitatis fonte
 & centro. Hinc ubi adest sufficiens
 fundamentum hæresim tribuendi No-
 vatoribus, non oportet a priori judicio
 discedere propter aliquas locutiones
 ambiguas & apparenter contradicte-
 tes:

tes: alias enim fideles ab operariis Sæc. XVIII.
 subdolis omni vento Doctrinæ circum- A. C. 1722.
 ferrentur. Quid SS. PP. de hac spe-
 ciali hæreticorum fraude sentiant vi-
 deatur articulo sequenti.

XI. Quis non admiretur industriam
 & Zelum seu potius furorem D. Len-
 grand in propagando Jansenismo. Is
 enim Professor, dum discipulos præ-
 ceptis logicæ imbuit, impatiens moræ,
 iisdem præceptis doctrinam Jansenia-
 nam permiscet. Hæc propositio, inquit
 gratia Christi est efficax, est propositio
 necessaria, adeoque universali æquipol-
 lens, & gratiam Christi efficacem ad-
 misit Augustinus. En præcipuum Jan-
 senismi fundamentum paucis verbis ex-
 pressum & quidem, si credere fas est
 ab Augustino traditum. Si enim om-
 nis gratia Christi est efficax: Ergo
 iusti præcepta non implentes, carent
 gratia, qua præcepta possibilea fiant,
 ergo necessario peccant ac demerentur,
 ergo interiori gratiæ in hoc statu nun-
 quam resistitur, ergo gratia non est
 talis, cui possimus resistere vel obtem-
 perare: Ergo Christus nulli reprobo
 meritis est gratiam ad salutem neces-
 sariam, cum nullus eorum habuerit
 gratiam efficacem ad perseverandum
 requisitam.